



Gvillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. IV. De Ariopagitarum senatu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](#)

De Ariopagitarum Senatu.

ET literarum omnium memoria, & sua æquitate severitateque longe celeberrimus est habitus senatus Ariopagiticus, quem Graii οὐδὲν ἀργίας πάγιος τῶν ἀρχόντων τῶν βελτίων appellant. Ut maximo honore erat, ita numero civium non parvo quanvis incerto constabat. Incertus numerus inde procedebat, quod ex novem Thesmothetis, de quibus suo loco, solerent in eum ordinem annuo magistratu statim defuncti, redditia totius anteactæ vitæ apud Logistas ratione, quidā cooptari. Accessuri Logiste, qui à publicis rationibus magistratus erāt, nomen præconi edebant, proclamareque his verbis iubebant: *Quis vult talem tali & tali functionem magistratu de anteactæ vitæ*

46 DE REPUBLICA

vitæ accusare facinoribus? Quia proclamatione quivis, modo probando esset, accusator admittebatur. verum ista in Logistis melius. Illa severa quidem certe admodum ratio paucos reperiebat usque adeo omni nota carentes, ut innocentia freti augerent eum ordinem. Qui vel sordium (quæ res alioqui plerisque satis familiaris videtur, cum si ad victus rationem munerum illa receptio pertineat, iudicibus lege sic permissa) vel favoris vel admissi criminis notā inustam semel habuisse probatur, is nunquā in tam inviolabile consortium admittebatur. Et ne ullus fraudi locus relinqueretur, sub dio palam præsentēque populi totius corona illa ratio coram senatu putabatur. Quotannis itaque illa ipsa ex Thesmoothetis plures eximens, & numerum relinquebat incertum,

tum, & deteriora in hac mortali-
tate longe melioribus superio-
ra esse ostendebat. Lectus ille or-
do ac institutus à Solone anti-
quata *ipso tempore* severitate legitur.
Erant enim ante Solonis insti-
tuta sī. Ephetæ, id est, præfecti,
qui de capitalibus causis ac fur-
tis sententiam (quod ante illos
regis fuerat officium) ferebant.
Istorum ergo nomine Solon
præsentem senatum constituit,
summæ in Rep. authoritatis: qui
non solum de capitalibus causis
ius dicebat, verum de quibuslibet
gravioribus, nō secus quam
olim iudicium decuriæ sortito
& subsortito à prætore apud
Romanos delectæ: & hodie in
Gallia primum de criminalibus
supprætores, secundo de vi illa-
ta: ac supremus in summis curiis
senatus tam primum quam ex
provocatione cognoscit. Quum
vero causæ postulabat gravitas,

Ario-

Qua
odo
ad-
gi-
em
cos
no-
reti
vel
le-
ur,
nu-
eat,
vel
otā
ba-
bi-
Et
re-
te-
lla
ur.
ex
ns,
er-
m,

48 DE REPUBLICA

Ariopagitis addeabantur ex cæteris magistratibus non pauci veluti subadiuvæ , quemadmodum in delegatis à supremo senatu causis hodie fieri est in usu. Si magistratus novi eligerentur aut instituerentur, si reip. gratia aliquid quod ad omnes æque pertineret , in deliberationem proponeretur , si lis sæpius ob ambiguitatem dilata se offerret , cogebatur illa iudicium multitudo , ex qua quæri non liceret : vocabulo vero Attico cœtus ille οὐγάλητος βαλλεῖται, aut κοτεκτηλησία, id est, congregatio universorum dicebatur. Porro Ariopagitarum magistratum dicere Græci consueverant διληπῆ & ἀδιάδοχον , id est , perennem , & vicissitudinis expertem , ad cæterarum scilicet dignitatum discrimen , quod illæ certis temporis periodis ex vi & deponi sole-

solerent, is nunquam. Quan-
vis autem sine ullo discrimine
omnia nefaria publice vin-
dicarent, tamen peculiaris erat
illorum cognitio de beneficiis,
incendio, cæde, & vulneribus
consulto atque extra primum
animi motum illatis, deque insi-
diarum aut prodictionis in pa-
triam molitione (quæ res in po-
pulari statu, par est læsæ mai-
stati in monarchia) & plurimis
aliis. Mos vero iudicandi illo-
rum, quantum litterarum mo-
numentis est proditum, talis
fuit. Statuto reo, aut accusato
pro reo, post primam quæstio-
nem testibus & coniecturis at-
que probationibus adornata in
(nam alioqui accusare non lice-
bat nisi talionis pœna) statim
sententia ferebatur, nec in mul-
tum tempus differri solebat: ut
fere solet Venetiis fieri apud de-
cemviros: ubi tamen prius ab

D advo-

50 DE REPUBLICA
advocatoribus & quadraginta
viris criminalibus accusationes
sunt prolatæ. Nolo multorum
iudicium criminalium negligen-
tiam hic saepius experiam attin-
gere, quum ipsa se satis aperiat.
Non licebat Ariopagitæ ad mi-
sericordiam flecti. In hoc enim
cum severitate *φετᾶς* convenie-
bant, quod pari pœna par deli-
ctum mulctabatur. Id vero sacro
sanctum veluti ac summum in
ipsis laudat Aristoteles princi-
pio rhetorices, dum ait, ἀναντί^ς
γός, οἱ μὲν διορται δὲν γέτω τὰς τόμους
διηγούσιν, οἱ δὲ καὶ χρῶνται καὶ
κωλύσονται τὸ περιγράψεις λέγονται
καθάπερ καὶ εἰς ἀρετὴν αὐγαῖς ὀργώς
τὴν φρονήσουτες. quorum verbo-
rum sententiam paucis admodū
& elegantissime Quintilianus
6. institu. orat. appendit. Athe-
nis, inquit (quo nomine Ariopa-
gum intelligebat) affectus mo-
vere, etiam per præconem pro-
hibe-

A TH E N I E N S I V M . 51

hibebatur orator. Hoc etiam illis
fuit cum Decemviris Venetis
commune: nunc etiam incipit &
in nostris summis curiis esse fa-
miliare. Noverunt enim sena-
tores clarissimi longo rerum usu
edocti, nil esse quod rhetorum &
causidicorum eloquentia versu-
tiave non possit everti, inque di-
versum trahi , ita ut ex summa
æquitate summam iniuriam , &
ediverso , procreare videantur, si
semel auditorum , aut iudicum
animos in suam sententiam tra-
duxerint. qua peste etsi hodie ca-
reant curiæ nostræ , tamen longe
crudelius monstrum domi ale-
bant causidici quidam opiniones
doctorum opinionibus adden-
do , diversasque iuris scripti in
æqui bonique eversionem alle-
gando , & , si nihil aliud , curiam
ipsam occupando ne adversarii
causā intelligat: donec tu Poyet-
te Cancellarie æquissime. illis ne-

D 2 bulo

52 DE REPUBLICA

bulonibus præscribendum regia
sanctione curasti : ne quid adfer-
rent allegationis in simplici re-
rum narratione, pariter in quæ-
stionibus & probationibus, ve-
tuisti. Verum ad institutum re-
deo. Tanta erat Ariopagitæ in
iudicando fides & integritas, ut
si quis etiam scelestus admodum
creditus, post causam apud illos
dictam evaderet impune , nulla
eum vis , nulla authoritas posset
de ea causa appellare. Nulla illic
erroris propositio, nulla secunda
senatus occupatio locum habe-
bat. Forma iudicii talis fuit. Con-
iecto in vincula reo (finge de cæ-
de agi) per præcones & apparito-
res vocabantur imperfecti homi-
nis necessarii , domestici , paren-
tes, amici: quorum arbitrio (quod
hodie iudicii æquitate fit) de pœ-
na statuebatur, ferebaturque sen-
tentia secundum accepti ratio-
nem : qui mos hodie quia est

Turcis

Tūrcis in usu , à me referri amplius potest. Cadhi, quod nomen apud Arabes iudicem significat, comprehenso reo homicida , curat statim sibi parentes perempti: & si illi defint, necessarios, aut illos ad quos ex illius vita utilitas pervenire poterat. Alioqui si defint illi , nomine principis & legum , more procuratoris aut advocati regii, iuris scripti & talionis pœna punit. Rogat præsentes utrum malint hominem talione an mulcta puniri, ferturq; pro illorum voto , si tamen modum non excedat, sententia. Æstimant hominē solidum sexaginta asprum millibus : quæ summa ad nostram pecuniam æstimata mille & ducentos aureos nummos reddit. Nam asprum genus argenteæ monetæ est nostro Carleo nummo pene par. Id æris cōpensat mortis damnum. Dimidiū , hominis dimidii loco adiuvatur.

D 3 catur.

regia
dfer-
i re-
pu-
ve-
re-
is in
, ut
lum
illos
nulla
offer
illic
inda
abe-
con-
cæ-
ito-
mi-
en-
iod
œ-
sen-
io-
est
rcis

54 DE REPUBLICA

catur. Dimidius homo est, cui
pes, manus, oculus, aut præcipua
partis corporis usus deest. Paris
proportionis ratio in corporibus
aut inutilioribus partibus obser-
vatur. Verum ista compensatio
ideo rarius fit, quod non statim,
flagrantique ut aiunt delicto pos-
sunt una sisti reus & affines. Pu-
pillis, mutis, linguaque impedita
hominibus succurrit prætor in
rebus pro conditione estiman-
dis, morte itaq; aut multa reum
illorum nomine mulctat. Ario-
pagitarum ut erat maxima in iu-
dicando diligentia & sedulitas,
ita rarius id muneris infrequen-
tiusque subibant. Singulis enim
mensibus tribus tantum diebus
iudicabant, quinto, quarto, ter-
tio Cal. cuiuslibet: qui dies ita
Græce dicti sunt, τετάρτη Φθινού-
τος, θίση Φθινούτος, δευτέρα Φθι-
νούτος, id est, quarta, tertia, se-
cunda decrescentis & iam finien-
tis

tis mensis. nam Græcos Calendis
carere vel parœmia docet. Præte-
rea non coibant , nisi ob rerum
necessitatem fieret *ἐν σύγκλησι*.
βελή, id est , indictivum consi-
lium : cuius conditio quod ad
magnum numerum attinet, non
est absimilis magnis Venetorum
comitiis , singulis octonis diebus
semel ad magistratus diligendos
tantum cogi solitis. De hoc sena-
tu, multisque aliis cum Romanis
& Gallis tum Atticis scripsit
utriusque linguae instauratae lu-
men G. Budæus in annot. primis
in Pandect. l. ultima de senat.
cuius sententiam et si ex ipsis unde
illa desumpsit authoribus possem
adscribere, ne quid prætermisisse
videar, paucis adferam. At itaq;
ex Luciani verbis , iudicia noctu
& silentio in Ariopaga tractari
solita: primum, ne dicentis ratio-
nem ullam apud se haberent, qui
rem nudam sineque proœmio &

D 4 perso-

56 DE REPUBLICA

personarum ratione audire vel-
lent: alterum, ne interruptioni-
bus inter disputandum fieri soli-
tis, se interpellarent, atque sen-
tentia dimoverent. Inde nata est
parœmia, *ἀριοπαγίτης σταύρω-*
της, Ariopagita subtilior, dici-
solita de prudentibus & taciturn-
nis viris. Nec vero una tantum
fuit taciturnitatis ratio. nam &
reum præterea attentius respon-
dentem audiebant, & iudicio-
rum secreta nunquam evulgare
solebant: tabellaresque edebant
sententias, ne ex maioribus au-
thoritatis ætatis aut eruditionis
viri, qui prior sententiam dixi-
set, præiudicio ab opinione sua
discederent, aut (quod multi so-
lent hodie) ad idem, responde-
rent. Cum illis in tabellari sen-
tentia convenit fere omnibus
Venetis magistratibus, ea de cau-
sa quam supra attuli: cum x. viris
autem capitalibus, ne prodeant
in

in vulgum aut sententiæ , aut se-
creta iudiciorum : utrisque opti-
mo iure sane. Illorum authoritas
enim nunquam potest imminui,
dum aresta illorum nunquam re-
scindi aut calumniari , contem-
nive ab cæteris magistratibus,
aut etiam à plebeis possunt, qua-
re quæ in rep. pestis oriri deterior
possit , non video : omnia enim
pessum eunt , quum semel aut
negligi legum & magistratum
vis cœperit , sensimque iugum
infringi cœptum excutitur. Ita-
que meo iudicio non debèrent
illi magistratus à quibus non est
provocatio , tam temere evulga-
re sententias, ne arbitrio vitiliga-
torum illic antinomiæ pleraque
reperiantur. Post Græcorum sen-
tentias videndum quid Latini de
Ariopagitis scripserint. Valerius
Maximus de illis ita scriptum
reliquit. Eiusdem urbis (de
Atheniensibus proximo capite
D 5 egerat)

58 DE REPUBLICA

egerat) & sacrosanctissimum consilium Ariopagus quid quisque Atheniensium ageret , aut quoniam quæstu sustentaretur , diligentissime inquirere solebat : ut homines honestatem , memores vitae rationem reddendam esse , sequerentur . Eadem bonos cives corona decorandi primo consuetudinem introduxit . nam & virtuti (uberrimum alimentum est honos &c. Quum istud ita habere sit scriptoribus comperatum , credendum est , quo tempore non iudicabant , id perquirere solitos . Utut sit , certum est insigni quadam prudentia & pene divina fuisse , quod Cicero accerrimi iudicii homo illum senatum cum mundi rectore Deo potius comparatum voluerit , quam Romanum . Ait enim . Negare hunc mundum providentia regi , idem est ac si quis dicat Athenas sine Ariopagitis regi consilio . Quod ait

Plinius

enīgo

Plinius naturalis historiæ septimo , primum capit is iudicium actum in Ariopago, mihi non videtur rationi consentaneum. Ex omnibus enim Græcis authoribus liquet Solonem hunc magistrorum instituisse quod iam docui) quasi ad severitatis epithem moderationem. Atqui Draconem , qui hos instituerat, longe Solonem præcessisse constat, tamque severas leges in improbos statuisse, ut pœna capitali vel quodlibet holusculi furrum plesteretur: unde dici vulgo solebat, Draconem non atramento sed sanguine humano leges scripsisse. At quis credat fieri posse sub tali legum severitate, tanto tempore tot improbis in repub. perpetuo agentibus, ut omnibus seculis sit verum dictum poëtæ, τὸ δε πλούσιον, deteriora vincunt, neminem improbitatis dedisse pœnas? Fieri sane non potest. Quod si quis

con-



60 DE REPUBLICA

contendat Plinium intelligere
in Ariopago, id est, Athenis, aut
suprema litterarum memoria:
primum quidem esse verum vix
poterit, quum ante ullum Græ-
corum imperium, iam florentissi-
mæ res Persarum, Assyriorum,
Indorum, Ægyptiorum, Syro-
rumque ipsa vetustate collapsæ
fuisse, quæ sine facinorosorum
pœna regnare tandem non potui-
sent. Alterum non arguit verum
fuisse etsi scripserit nemo, cuius
saltem extent scripta. Quanvis
enim literæ ipsæ præclarorum
facinorum iuxta hominum me-
moriā sint conservatrices, ta-
men non statim est credendum, si
quid aut nulla hominum memo-
ria, aut nullis litterarum monu-
mentis est celebratum, id proti-
nus non fuisse: nec si quid igno-
ras, id propterea minus in rerum
est natura: nec, ut inquit Lyri-
cus,

-Sola

Sola comptos arsit adulteri

crines Helenæ-

Et paulo post,

Vixere fortis ante Agamemnona
multi-

Pauloque mox,

Paulum sepult& distat inertia
celata virtus-

Iraque nulla in parte vero consentanea dixisse videtur Plinius: quod etsi illi in hoc loco inque multis aliis contigerit ; non est mirandum , quum vir senatoriæ dignitatis, inque Reip. munericibus occupatus , succisivis horis vix posset quot excepit describere. Hanc vero sententiam lectori excutiendam relinquens, ad alia transeo. De huius senatus dignitate sunt omnia apud authores plena : verum una oratio Demosthenis in Aristocratem, hunc satis aperiet: quæ quia amplissime quæ iam tradidi explicat , ad illam lectorem remitto,
quum

62 DE REPUBLICA
quum alioqui nil sit à me in illo
describendo prætermissum.

C A P. V.

De nomothetis.

NO M O Θ E T Ω N nomina
plura Græci dignitatum ge-
nera intelligunt: quæ mihi prius
aperienda videntur, quam ad rem
de qua sum dicturus, veniam.
Tres olim nomothetas apud A-
thenienses fuisse authore Suida
reperio: Draconem, Solonem,
Æschylon, non quidem illum
poësi celebrem, sed quendam
alium Athenis natum, non usque
adeo apud authores celebratum.
Secundo *vogis dēmē* legislatores
quicunque sunt. Verum ut ad
rem facit vocabulum, præcipue
intelligebant Athenienses unum
ad mille selectos cives, quibus le-
gum antiquandarum fiebat pote-
stas quum non viderentur am-
plius ex Reip. usu, ac præterea il-
larum